



**R. P. Christophori De Ortega È Societate Iesu, Quondam
Scolasticæ Theologiæ publici Professoris, ac ejusdem
Facultatis Præfecti ... Theologia Controversiarum
Dogmaticarum, & Scholasticarum, de Divina ...**

**Ortega, Cristóbal de
Lugduni, M.DC.LXXX.**

V. An futura contingentia secundum se obiecta sint materialia, ac
terminatiua diuinæ cognitionis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94274](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94274)

sunt de præfenti, cum cognoscuntur, atque non sint absolute pure futura de præfenti: ergo æque poterunt à Deo cognosci, quia talia: solus enim defectus absolute actualis existentie de præfenti poterat eorum cognitioni de præfenti apparenter obesse. Tercio: quia cognitio nostra, non ad existentia solum de præfenti, terminatur, sed ad futura, ac præfentia, quæ de præfenti non existunt: potiori ergo iure ad ea etiam omnia terminabitur cognitio, & omniscientia divina.

3. Quarto: distantia localis non impedit, quo minus obiecta loco distant intellectu nostro, imo tardiori sensibili potentia (v. g. visu, auditu) percipiantur, earumque terminent cognitionem, multoque minus impediret distantia intellectus perspicaciam infinitam, ut etiam loco distantia, sua scientia penetraret, etiam immensitas, ratione cuius omnibus intime præfens, & penetratus Deus est, ipsi deesset: ergo nec distantia temporaria obiectorum pure futurorum obicit infinitæ Dei cognitioni, quo minus ipsa antea duratione, imo ex æternitate pertingat. Confirmatur: quia, etiam præfentia, & simulata localis, ac durationis existentie obiecti, & cognoscens requirere- tur in duratione, & loco, quibus obiectum pertingit, Deo non deficit: cum duratio, & locus, ut hic dicam, quo Deus obiecta cognoscit, & iudicat, æternitas, & immen- sitas sint: quæ rei futuritatem secundum se totam coexi- stunt: siquidem coexistit æternitate sua indivisibili Deus temporis nostro in quo futurum non est, & posteriori du- rationi, in qua est: sicut immensitas sua tota loco no- stro in quo non est, & loco etiam in quo obiectum est: cum autem duratio significata, & denotata per copulam est, aut quodvis verbum enuntiationis, sit duratio propria, & proportionata iudicanti, non autem obiecto, ut dicebam controuers. 1. sit, ut licet de obiecto nostræ durationis non existenti de præfenti, sed propositiori duratione, cui, & existentia eius absoluta, & eius negatio absolute coexi- stunt, cognoscat, & iudicet Deus.

4. Hinc euanciscunt, quæcumque contra certam hanc conclusionem obici poterant, & in primis illud, quod dis- ficillimum, & fere inexplicabile paralogismi plenum est, de Dei mutatione, cum obiectum de præfenti adue- nit, cuius præfentem veritatem ab æterno cognosci à Deo non potuisse, si, ut futurum cognoscatur ac futuritudo rei diversa ab actuali eius præfentia sit. Cui difficultati satis- fecimus citato loco controu. 1. ex doctrina data in confir- matione proxima: ex qua etiam facile constat vim, ne apparentem quidem, viliam non habere illud, quod facit contra nostram de rerum futuritione cognitionem, quando actu absolute non sunt, cum iudicantur, & enun- tiantur tunc, quia quod non est, non fecit: etiam enim vim aliquam habet respectu nostrarum cognitionum, & iudi- ciorum, quæ tempus nostrum transiens, & essentia sua suc- celluum concernunt: alii respectu diuini iudicii, quæ suum indivisibilem, ac totam simul, æternitatem concer- nunt, cui toti omnia, tam positiva, quam negativa, suo quæque tempore, coexistunt, difficultatis vimbram habe- re non possunt. Idcirco Isaia 45. dicitur, qui fecit, quæ futura sunt. Explicat Augustinus in Psalm. 104. Ad id: Vocant famem super terram, his verbis: Apud Deum quiescit factum est, quod eius dispositione futurum est. Et Hieronym. in 1. Ierem. sub initio. Priusquam te for- marem in vtero noui te: ait. Non quod ante conceptionem (et hæc suspiciatur) fuerit Hieronimus, sed quod præfio- rit enim Deus, cui, necdum facta, iam facta sunt. Et Gregor. Mag. 20. Moral. c. 23. circa medium dubitat: qui Deus, cui nihil præteritum transiens, aut adueniens est, præfens dicitur? ac respondet: quia ea, quæ nobis fu- tura sunt videt, quæ tamen ipsi semper præfio sunt (rela- te ad eius durationem) præfens dicitur: quamuis nequa- quam futurum præfendat, qui præfens videt: quia scilicet æternitate sua videt.

5. Sed neque respectu alicuius cognitionis nostræ, etiam, quæ tempus nostrum concernit, difficultatem in præfentiarum habet: cum, quia in hac questione abstra- hitur? an solum in alio, quod de præfenti debeat esse eius cognitionis determinatum, ac verificatum? solum enim, ut de reliquis hæc obiectis diuinæ scientiæ, di- spatabimus, de his etiam futuris: an secundum se diuinæ scientiæ obiecta terminatiua sint: siue ut ea pertingat

Deus determinatiua, aut verificatiua alio de præfenti, & actualiter absolute existentem habeat, siue non habeat, opus: de quo disput. ab hinc 2. & 3. longa nobis erit cum Thomistis Dominicis, & vno, vel altero e nostris Recentioribus controuersia: quare hic plura de his adde- re extra locum, imo extra chorum importune saltare no- bis est visum.



QVÆSTIO V.

An futura contingentia secundum se obie-
ta sint materialia, ac termina-
tiua diuinæ cognitionis?

QUOD futurorum contingentium absolute à Theo-
logis nominatorum voce intelligatur, constat è
quæstionis quartæ, præfatione num. 2. scilicet,
quæ à libertatis creatæ exercitio absolute pendet, siue
elicitue proxime, cuiusmodi sunt arbitrij, ac liberae & in-
differentis voluntatis nostræ actus, siue remotæ, & media-
te, uti subditarum ei potentiarum, & facultatum nostrarum
operationes, exteriorum agentium, ex libera nostra
applicatione operatorum. De his siquidem omnibus,
quoad contingentiam eorum ex parte sui principij consti-
deratorum eadem est difficultas.

CERTAMEN I.

Deum cognoscere ab æterno futura con-
tingentia nostra de fide est.

1. **C**icero teste Augustino 5. de Ciuitate Dei cap. 9.
negauit Deo futurorum contingentium nostrorum
scientiam, ne, si eam anticipato haberet, eisdem con-
tingentibus necessitatem imponeret, quæ eorum euerter-
ret libertatem, ita ille 2. de diuinat. & 2. de nat. Deor.
prope fin. sicque homines, inquit Augustinus, dum vult
facere liberos, fecit sacrilegos. Est autem 3. de nat.
Deor. Balbi præfentiam, & præuidentiam Deorum pro-
pugnantis, quam Corra, & eas, & Deos inde negantis
sententia adhareat, vitanda tamen inuidia communis
causa, non autem ex proprio sensu id à Cicero factum
Aug. ait: in eodem errore recensetur à Patribus, & Scho-
lasticis Aristoteles ob rationem eandem. Ita, solum ter-
uanda nostræ libertatis (quam attingisse videtur) causa,
cum propositionem de futuro contingentem determinate
veram, aut falsam esse vniuersum negauit 1. Periherm. c. 3.
hac ratione. Nam, si omnis affirmatio vera est, aut fal-
sa (scilicet determinate) & omne necesse est esse. Ac statim
fere: Nihil ergo, aut est, aut sit fortissimè n. que est quid-
quam, quod æque fieri, aut non fieri possit, sed omnia ne-
cessario eueniunt: Ex quo euenit sui rationem mutatus
videtur Cicero 2. de natura Deorum prope finem. Nam,
si, inquit, scit Deus certe eueniet: quod si certe eueniet,
nullus est casus, neque fortuna: aliunde etiam futurorum
contingentium scientiam Deo negasse Aristoteles putatur
à Patribus: quatenus sui ipsius solum contemplatione ab-
sorptum nihil ultra considerare docuisse videtur. Verum
ab hoc errore vltimo cum liberauimus d. 4. q. 1. sed de
primo titulo libertatis nostræ euerenda ex scientia Dei
de nostris contingentibus futuris eam Deo denegasse fa-
temur ex Theologis Gregorius in 1. d. 38. quæst. 1. a. 1. &
Sanctus Bonavent. ibidem ad 3. Vazquez 1. p. d. 66. c. 1.
& 2. Soar, Opule, de scient. futur. contingent. c. 2. nu. 11.
ex Philosophis Comibr. ad illud caput q. vn. a. 3. & fere
omnes eius Commentatores Recentiores ad eum locum.
Noster vero Ruiz sect. 5. & 6. cum vetustioribus, cum
etiam hoc titulo ab eo errore liberat, de quo nos contr.
de anima. la eodem tandem errore facit teste Herize

d. 6. c. 1. Stoici, Simon Magus, Lutherus, Caluinus, VVik-
clefus, & Bardacenes.

4. Veritas tamen Catholica est: ad contingentia fu-
tura secundum se diuinam scientiam extendi ac terminari
constat ex vulgaribus scripturæ locis Exod. 3. Ego Scio,
quod non dimittet vos Rex Egypti, ut eati, nisi per ma-
num validam, Deuteronom. 31. Scio cogitationes eius, qua
facturus sit hodie. Psalm. 138. Intellexisti cogitationes
meas de longe: & omnes vias meas prauilisti. Sapient. 8.
Scit prærita: & de futuris æstimat. c. 19. Præsciebat
enim futura illarum, & Ecclesiastici 23. ut probet Dei
oculos omnes vias hominum circumspicere, & corda ho-
minum ait: Domino Deo antequam crearentur omnia
sunt agnita. c. 39. Opera omnis carnis coram illo: & non
est quidquam absconditum ab oculis eius. A saculo, &
usque in sæculum respicit, & nihil est mirabile in conspe-
ctu eius, cui prauidenti nihil nouum. Daniel. 13. Abscon-
ditorum es cognitor, qui nosti omnia antequam fiant.
Sap. 8. Signa, & monstra scis, antequam fiant, & euentus
saeculorum, & temporum. Isaia 44. Quis similis mei? vo-
cet & annunciet, ordinem exponat mihi ex quo constitui
populum antiquum: ventura, & qua futura sunt annun-
tiant eis. c. 45. Hac dicit Dominus ventura interrogate
me. c. 48. Prædixi tibi ex tunc: antequam euenirent.
Ioan. 13. & 14. Dixi vobis, priusquam fiat, ut, cum fa-
ctum fuerit, credatis, quia ego sum. vnde Ioan. 2. Recor-
datis discipuli, quia hac dicebat, & crediderunt, lu-
daei epist. Subintolerant quidam, qui cum præscripti, ab
æterno præsciti erant in hoc iudicium impij, & 2. Petri 2.
Quibus iudicium iam olim non cessat, ad Rom. 4. Vocat
ea, quæ non sunt, tanquam ea, quæ sunt, quem locum de
futurorum nondum existentium scientia intelligunt Hie-
ronymus, recitatus q. 4. cert. 2. num. 4. Augustinus ibidem
recitatus, Damasc. Dialog. contra Manich. prope mediam
his verbis: Deus, quæ non sunt vocat, & quæ futura
sunt, velut iam facta, perspicit ac iudicat. ad Rom. 8.
Quos præsciuit, & prædestinauit, c. 11. Plebem suam, quam
præsciuit.

3. Præfata veritati adstipulantur Petrus Apost. apud
Clem. Rom. 1. recognit. vers. med. Qui solus scit & c.
quæ erunt, ita ut erunt. Dionys. de diuin. nomin. cap. 7.
Deum in se verum omnium scientiam anticipatam habere
asserit: & ita, ut quæ sunt omnia ex se, atque ab ipso, ut
sic dicam, initio (quod absque initio æternitas est) cog-
nita haberet. Boëtius 5. de Consol.

Huic ex alto cuncta tuenti
Nulla terra mole resistunt:
Non nox atris nubibus obstat:
Quæ sint, quæ fuerint, veniantque
Vno mentis cernat intuitu:

Et profa 2. ille ab æterno cuncta prospiciens providentia
cernit intuitus: & suis quæque meritis prædestinata dis-
ponit. August. Nazianz. Irenæ. Basil. Nyssen. Chrysost.
Athanas. Cyril. Alex. Damasc. Hieronymus. Hilarius. Prosper.
Ambr. Basil. Mag. Gregor. Fulgent. Leo Mag. Anselm. mul-
tis quique locis recitatis à nostro Ruiz d. 9. de scientia
sect. 3. d. 17. sect. 1. 3. & 5. & d. 18. eis vero nunc, sicuti,
& aliis scripturæ testimoniis transcribendis parco, quia
ibi facile videri possunt, adeoque sunt aperta, ut nulla no-
stra pōderatione, aut ingenij industria ad rem præsentem
euincendam, sed sola lectione egeat: id tamen August.
de Ciuit. Dei c. 9. Confiteor esse Deum, & negare præscium
futurorum apertissima inania est: omittendum non fuit:
sed nec longius aiebat Tertullianus de dæmonibus in
Apolog. Amulantur diuinitatem, dum furantur diuina-
tionem: & statim fere: idoneum opinor testimonium diui-
nitatis veritatem diuinationis, & Isaia 41. Annuntiate,
quæ ventura sunt in futurum, & sciemus quia dy estis
vos. Confone Hieron. 3. contra Pelag. Cui præscientiam
tolli, tollis, & diuinitatem.

4. Eidem attestantur veritati libri omnes Propheta-
rum, tam veteris, quam nouæ legis in vtroque testamento,
imo & oraculorum certis historiis commemoratorum,
vniuersim enim verum, & sapientissimum est illud Terru-
liani 2. contra Marcionem c. 5. Præscientia Dei, tot ha-
bet testes, quot fecit prophetas: nec firmius, imo necque
firmum aliquid Deo, eiusque legi comprobanda, quam
prophetia inuenitur. Doctæ enim Chrysostom. hom. 18.
in Ioannem ad illam Christi prophetiam. Tu es Petrus

filius Iona: tu vocaberis Zephas, inquit, Prophetia Dei
maxime opus est, quod neque dæmones imitari possunt,
quamuis maiorem in modum admittantur: in miraculis
enim, sub veritatis umbra, decipi possumus, & quam-
uis vnum, vel alterum vaticinium calu possit saculo ipso
impleri, ac proinde certam illud profertentis scientiam
non arguat (vbi in nonnullis dæmonum oraculis, & vanilo-
quorum hominum prædictionibus) tamen constans sem-
per, & conformis diuinis prophetarum veterum ac Christi
Domini & sanctorum legis nouæ prophetiis, euentus eos,
Deumque reuelantem ex certa futurorum scientia loqui,
ac reuelasse indubito conuincit: quod enim certo, &
coæstanti experimento semper euenit, atque alteri con-
iungitur, aut succedit, non casu, sed itata lege, & con-
nexionem cum illo coniungi, vel ipsi succedere, euiden-
tissimum est.

5. Accedit Christi Domini mysteria, totamque leg-
is nouæ, siue Euangelij nostri veritatem nullo alio, quam
legis veteris Prophetarum testimoniis in noua impletis,
fortius, imo neque æque firmiter obfirmari teste Petro
Epistola 2. c. 1. vbi Thaboris gloria & Patris de Filio suo
Christo Domino contestationem. Hic est Filius meus di-
lectus, relatis subdit: habemus firmiorem prophetium ser-
monem, cui benefacitis attendentes, quasi lucerna lucens
in caliginoso loco ex ipso enim constantem semper euen-
tum, quos de Christo Prophetæ prædixerunt, euidenti
experimento adito euidenti nobis veritates constare, ut
inde capta notitia aliunde captis, quasi præ tenebris lux
clarescere videatur, vbi OEumenius expoluit. Maiorem
vero firmitatem ibi etiam à Petro altitatem explicat Au-
gust. serm. 27. alias 29. de verbis Apostoli. Certiorem
sane esse dixit: certiorem non meliorem, non veriorem:
quid est ergo certiorem, nisi in quo magis confirmetur au-
ditor? quare hoc? quia sunt homines insidiales, qui se
detrahunt Christo, ut dicant esse magicis artibus fecisse,
quæ fecit. Possent ergo insidiales etiam istam vocem dela-
tam de calo per contestationes humanas, & illicitas curio-
sitates ad magicas artes referre, sed Prophetæ antea su-
runt, non dico ante istam vocem, sed ante Christi carnem.
Nondum erat homo Christus, quando misit Prophetas.
Quam sententiam repetit tract. 35. in Ioan. circa fi-
nem.

6. Hinc Christus ipse Dominus cum discredentibus
Iudæis, tum credentibus Apostolis doctrinæ, & myste-
riorum suorum veritatem Prophetarum veterum testimo-
niis citatis, recitatisque probauit: idque Euangelizæ
diligentissime notarunt: posteaque, tam ipsi quam Apo-
stoli, & discipuli reliqui Christi Domini monitu scruta-
mini scripturas, Ioan. 5. in Euangelij prædicatione imita-
ti sunt, ut in Actibus Apostolorum sæpe legitur: quia om-
nium, quæ Euangelium stabilunt, firmitissimum funda-
mentum est, quod ex Prophetis ita illud prænuntiantibus
iactum prouidentissime à Deo, eius præscio, tot ante sa-
culis fuit: id quod eleganti illa hyperbolica eiusdem lo-
ci ponderatione docuit Vmberius Canonianus (apud no-
strum Turrianum, de Hierarchico Ordine c. 1.) libro de
Azymo dicens: Deleto vetere Testamento nouum euane-
scet: neque poterit retineri absque charactere suo quo-
niam, neque partes stabit absque fundamento, quod ipse
Dominus suis factis, & dictis supposuit: & Apostoli præ-
dicatores suis inspirant, ut narrationis suæ cursum firm-
maret ancora veteris testamenti, cuius auctoritatem pre-
mus Magister Ecclesiæ profertur firmiorem esse illa voce,
quam super Dominum transfiguratum factam audiu-
it: firmiorem vero intelligamus dixisse, non quidem sim-
pliciter sed ratione eorum, qui veteri tantum testamento
credebant.

CERTAMEN II.

Rationibus eadem veritas stabilitur.

1. A Ratione diuina scientia futurorum contingen-
tium probatur: quia, quod omnibus hominibus,
quali congenitum iudicium, & rationis dictamen est, cer-
tissimum, ac naturæ, & rationis lumine notum est: inde
plura,

plura, vt certissima, atque naturali ratione euidentissima in Philosophia & Theologia habemus: in quibus Deum esse, siue existentia Dei numeratur, vt vidimus contr. 1. d. 1. Atqui Deum futura contingentia cognoscere omnium hominum iudicium, & dictamen est: ergo id certissimum, & naturæ lumine notum est. Minor est perspicua. Nulla siquidem tam hebes, rudisque natio vnquam fuit, quæ Deum aliquem, etiam falsum, coleret, rebusque præ esse putaret, quæ non illum de contingentibus futuris excusibus confuleret, atque, & certa rebus suis disponendis prouidentilque oracula, non obseruaret: ac proinde Deum suum præcium futurorum contingentium iudicaret: nemo quippe ita recors, & prorsus stupidus, super eo quod sciri ab alio non iudicat, illum consulit. Hinc apud Gentem oracula demonum delphica &c. frequentata Deorum, seu demonum potius: Sacerdotes fatidici, ac diuinitates tanquam numine afflati à populis, & Principibus de futuris contingentibus frequenter rogati, ac respondentes crediti: cique demones in eis falsis diis, seu idolis adorati naturalem hanc rationis lumine notam diuinitatis cum contingentium futurorum præscientia connexionem agnoscens, de his futuris contingentibus, quæ ignorabant, rogati, quandoque iam causati in rogantibus non respondebant: quandoque vero, vbi ita occasio non aderat, æquiuoca reddebant oracula; ne suam de eis ignorantiam prodere, ac subinde apud eos Deitatis illuminationem amitterent. Hinc Isaia 41. dicitur: *Annuuntiate quæ ventura sunt, & scietis* (non dixit credetis) *quia dy estis*, & Augustinus 5. de Ciuit. Dei c. 9. *Cogitari esse Deum, & negare præcium futurorum aperit in iustitia est*.

2. Sed tamen adhuc Theologis sub lite est (neque tamquam an scientia hæc Dei de contingentibus futuris sit ratione naturali demonstrabilis: Soar. tom. 2. metaph. d. 30. sect. 15. n. 28. affirmantem amplectitur vt Theologorum communem paucis nominalibus exceptis: ita etiam censet Valsequez 1. p. r. d. 64. c. 1. num. 4. & Falsus d. 65. c. 4. Albi d. 6. de scient. sect. 1. num. 6. omneque (præter Gabrielem & Nominales paucos) Theologos consentire testatur Ruiz noiter d. 22. sect. 2. à num. 20. Negatiuum vero sententiam tenet Herize (cuius discipulus docti Recentiores iudicant) tract. 1. d. 6. c. 1. referens Okamum 1. d. 39. a. 1. Gabrielem a. 2. post 2. conclusionem, & rursus dub. 3. Gregor. q. 1. a. 2. Anton. de Corduba 1. quæstionar. q. 51. dub. 8. imo Soarium ipsum Opusc. 2. lib. 1. c. 3. & Beliumum tom. 3. lib. 4. c. 15. quatenus assunt difficilem explicatæ exacte & comprehensione pro hoc statu modum, quo Deus futura hæc cognoscit, quo etiam pacto loqui Augustinum recitat. 3. ex tom. 3. lib. 15. de Trinit. & tom. 7. lib. de dono pers. c. 14. sed potest esse modus quo fiat, siue aliquid, non exploratus, & comprehensibilis: cum tamen illud esse euidenter monstraretur: idque in diuinis fere omnibus prædicatis contingit nobis. Augustinus vniuersum de Dei scientia loquitur testimonio 2. non de scientia futurorum contingentium specialiter: cum tamen euidenti ratione naturali constet Dei scientia. Primo vero loco de scientia Dei, tam de præteritis, & præsentibus, quam de futuris nulla habita ratione contingentie eorum agit: quomodo in scientia Dei sunt conuersa hæc omnia simul quin transcant, aut desint ibi temporum successu.

3. Nos igitur affirmatiue sententiæ subscribimus: euidentemque cum præcedente discursu, tum aliquibus et subiacendis demonstrari. Præcipuum, & generale est: quia Deus omniscius est, atque eius scientia omniscientia, non esset autem omniscientia, nisi in omne verum, & cognoscibile terminaretur: atqui futura contingentia veritate obiectiue absolute, & actu sunt, seu cognoscibilia duratione anteriori: ergo diuina scientia duratione antecedenti cognoscitur. Huic demonstrationi insistent Soar. loco 1. citatus & Valsequez citato c. 4. & Recentiores Complutenses, qui minorem subsumptam probant: quia esse absolute verum obiectiue, seu cognoscibile, nihil aliud est, quam fore veram obiecti cognitionem, si forte detur: atqui, si detur antecius actu, & absolute cognitione futuri contingentis, vera erit: ergo futurum contingens actu, & absolute verum obiectiue est tempore, ac duratione anteriori, seu cognoscibile verum: Minor, nec demonstrata, nec satis probata videtur aduersariis; imo

nec Magistro Albiz, & doctis Recentioribus: quia ea probatione solum probatur esse actu cognoscibile denominatione extrinsece ab actuali cognitione in ea hypothese, quæ tamen anteriori tempore in terminis implicat: cum futurum contingens actu determinate ab æterno, neque in se sit, neque in causa aliqua in verisimilioribus saltem principis nostris Dominicanæ Scholæ aduersis: ac proinde, nec sit verum.

4. Ceterum Doctissimi Patres Valsequez, & Soar. de cognoscibilitate ea futuri contingentis actuali, & absolute per extrinsecam denominationem anterioris actualis intellectionis minime loquuntur. Acrioris enim discursus sunt, quam, vt probandum supponant: vt ita intellecti supponerent: loquuntur ergo de capacitate obiectiua futuri contingentis, vt terminet actualem anteriorem cognitionem: idque satis probant ex eo, quod, si detur eius, vt sua duratione erit, cognitio actualis anteriore duratione, vera determinate, & absolute erit: ex quo euidenter inferitur capacitas, & veritas seu noscibilitas obiectiua futuris contingentibus intrinseca; nec solum extrinseca per denominationem ab actuali cognitione in hypothese posita, siue supposita; ex qua idem per idem probaretur, vt aduersarij & Albiz, ac docti Recentes dicebant. Quod autem obiectiua illa futuris contingentibus intrinseca veritas, & cognoscibilitas inde probetur, sic ostenditur. Etenim, si ea non esset determinate, & absolute vera, si daretur, sed vera simul ac falsa, quia de obiecto, & vero, quod tunc non esset, sed pro tunc chimærico, & impossibili, vnde de ea probatio Doctissimorum Patrum eadem cum illa (quam demonstrationem merito reputant docti idem Recentiores) est: scilicet propositiones de futuro contingenti, quod ita posteriori tempore erit, sicut anteriori duratione iudicatur, atque enuntiatur, esse determinate veras, sicuti, quæ aliter, ac postea erunt, antecius enuntiant, determinate esse falsas: quod demonstrari idem Recentiores merito censent: & nos quæst. 6. ostendimus.

5. Secundo ita eadem veritas obiectiua futuri contingentis ostenditur. Futuricio contingentis, quæ futuricio præcise, non obest eius capacitati, & veritati obiectiue sufficiens ad terminandam sui cognitionem, & iudicium actuale: imo iudicium actuale certum, infallibile, & euidentius: sed neque eius contingentia: ergo futurum contingens verum, & cognoscibile obiectum est, & capax terminandi sui actualem cognitionem, & iudicium præcise, ac proinde terminabit diuinum quod nihil verum potest latere. Prima antecedentis pars probatur, primo ex dictis q. 4. quia futurum non contingens futurum est, & actu cognoscibile nemine negante. Secundo: quia Eclipsis futura demonstratur euidenter à Mathematicis, & Astrologis, antequam sit, & tamen futurum est: ergo futuricio contingentis, quæ futuricio, non obest eius obiectiue veritati cognoscibilitati, seu intrinsece capacitati, vt terminet actualem sui cognitionem, & iudicium de præcise: eiusdem antecedentis probatur pars secunda: quia eius contingentia solum est in sua causa indifferente in actu primo ad ipsum, & eius oppositum, siue positum, siue negatiuum; non autem est eius contingentia in seipso, & dum est, & extitit in actu secundo, quo illa indifferencia, & potestas ad verum uis causa suæ determinatur: quando enim, & quando contingens est, siue de præcise, siue de præterito, siue futuro tempore, necesse est esse, & non esse contingens non est, sed omnino impossibile: proinde non minus supponit contingentiam, & indifferenciam causæ determinatam, & potestatem ad oppositum exclusam pro duratione, pro qua erit, aut fuit, per suum esse, quam pro duratione de præcise, cum de præcise est, atque à sua causa indifferente in rebus, atque extra causas positum: ergo contingentia causæ, siue in causa, licet obest, vt in ipsa certo cognoscatur, sicut obest, vt in illa actu esse cognoscatur, quando actu, & de præcise contingens est: at, vt secundum se cognoscatur non obest pro duratione futura, aut præterita, in qua in se determinate, secundum suum esse determinatum erit, aut fuit, non minus, quam, cum de præcise, & actu est: ac proinde esse determinate cognoscitur non obstante contingentia sui in sua causa, & actu primo.

6. Rursus capacitas illa obiectiua futuri contingentis, vt antecius cognoscatur, ita euidenter ostenditur: quia

quia à nobis cognoscitur, vel coniecturaliter, vel certo iuxta medijs existentis actu, vel coniecturaliter, vel certam moraliter, aut physice, aut metaphysice connexionem cum eius pro illa posteriori duratione existentia: ergo in se habet capacitatem ut intrinsecam terminet sui cognitionem. Probat consequenter: quia, nisi haberet in se intrinsecam capacitatem, ut terminaret materialiter, & pure terminatiue cognitionem, nihil aliud posset esse medium determinans intellectum ad illius cognitionem, siue certam physice, aut metaphysice, aut moraliter, imo neque coniecturaliter: esset enim determinatiuum ad cognitionem impossibilem, cum sit impossibilis cognitio potentie de obiecto de se incapaci seu non capaci terminandi illam, ac proinde non attingibilem ab eiusmodi potentia. Hinc nihil potest esse determinatiuum auditus, ut percipiat colorem, neque visus, ut eliciat visionem circa sonum, vel relationem coloris transcendentealem ad Deum: quia eiusmodi obiecta aptitudinem, & capacitatem obiectiuam non habent, ut sint obiecta pure adhuc terminatiua cognitionum eorum. Iam vero, si habet in se capacitatem intrinsecam, seu veritatem obiectiuam futurum contingens, uti habere demonstrauimus: euidens etiam est à Deo omniscio cognosci, atque eius omniscientie materialiter terminum esse; licet determinatiuum eius non sit, de quo postea: nunc enim esse terminum, ad quem representandum diuina scientia siue absque alio medio ac determinatiuo, siue illo intercedente extendatur, solummodo demonstrandum suscepimus.

CERTAMEN III.

Demonstrationes alie expenduntur.

1. **D**emonstratur tertio: quia absolute actualis absentia absolute existentie, & determinationis, quæ tamen absolute aliquando sunt, non extrahit contingens à sphaera obiectiue cognoscibilitatis, siue à veritate obiectiua intellectualis cognitionis: atqui Dei scientia totam permeat, exhaustitque representationem sua formali sphaeram cognoscibilitatis, seu veritatis obiectiue; ergo ad omne abscis, est non determinatum absolute actu, extenditur, ac terminatur scientia diuina: dummodo pro aliqua duratione eius existentia, & determinatio sit: atqui futuri contingens, licet actualis existentia, & determinatio, non sit, est tamen pro aliqua duratione: ergo ad illud representationem sua formali representandum diuina scientia extenditur. Antecedens probatur primo: quia obiectum non esse in loco, in quo habetur cognitio, dum modo alicubi, siue ante, siue retro absolute sit, non extrahit illud à sphaera obiectiue cognoscibilitatis, & veritatis; ergo, quod nunc absolute non sit, dummodo aliquando sit, non extrahet illud à sphaera eadem. Secundo probatur, quia præteritum absolute actualiter non est; quia tamen pro aliqua duratione est cognoscibile obiectiue absolute, siue intra sphaeram obiectiue cognoscibilitatis, & veritatis est. Tertio probatur à priori idem antecedens: quia pura veritas, siue cognoscibilitas obiectiua, & capacitas terminandi sui cognitionem, non importat aliquid actiuitatis, seu physice causalitatis, materialis, formalis, aut efficientis in cognitionem, ad quam simultanea terminatiui, siue localis, siue temporaria coexistentia obiecti cum cognitione opus sit; licet saepe obiecta respectu potentiarum creaturarum, & cognitionum, maxime sensibilibus, etiam habeant physicum influxum, & actiuam determinationem; quæ respectu diuinæ scientiæ in nullo obiecto creato esse potest.

2. Hæc loco citato circa finem, licet rationem hanc à priori non retigerit, tamen secundam Antecedentis primi probationem argumento à paritate sibi opposuit præteritorum contingentium cognitionis diuinæ ad eandem futurorum contingentium, diuinam etiam, cognitionem: cui respondet primo: negando adeo præteritorum cognitionem euidenter esse, quia id solum, quod actu absolute est cognosci à Deo euidens est; sed certe eadem euidens, saltem moralis, qua animi immortalitas demonstratur ex futuro necessario premio ac supplicio, bonorum, & malorum post hanc vitam, probatur de præteritis

cognitio diuina; ignota enim transacta opera, nec premio, nec pena affici posse euidensissimum est. Secundo respondet: admissio antecedentis cognitionis diuinæ de præteritis, negando consequentiam cognitionis de futuris: quia præterita, licet actu non sint, neque eorum in se determinatio; fuerunt tamen: ac p. oinde pro tunc, quo de præteritis fuerunt cognita à Deo sunt, esset autem potentia, non obiecti defectus à semel cognitorum scientia deficere. Contra tamen est: quia si actualis absoluta existentia, & determinatio contingentis necessaria est, ut actu determinet cognitionem obiecti contingentis, quod iam præteritis defectus erit, cum actu absolute non est, neque eius determinatio, non autem potentia; si autem necessaria non est actualis illa determinatio, & existentia contingentis, sed satis est, ut pro duratione alia non præfenti, & actuali sit, ut ad illud cognitio terminetur, id æque competit futuro, atque præterito contingenti: quare æque vitæque, vel neutram poterit terminare diuinam cognitionem. Adde æquam cognoscens, & potentia imperfectionem argui cognoscenti aliquando cognitione carere, atque carere cognitione, aliquando etiam cogniti.

3. Quod autem fuerit existentia, & determinatio contingentis præteriti, nihil magis, & existentia, & determinationis eius absolute ponit actu, & de præfenti, quam futuri, nihilque minus existentia, & determinationis in se contingentis futuri supponit natura, & quasi causalitate cognitio actualis, & præfens illius, quam cognitio præfens, & actualis de contingentis præterito: utriusque enim actualis cognitio præfens eius existentiam, & determinationem causa suæ, & potentia indifferentis per ipsam propria cuiuslibet duratione supponit: neutraque actu, & de præfenti illam ponit. Quod autem contingens futurum ponendum, & determinandum nunc dicatur; præteritum vero, positum iam, & determinatum ordine durationis ita dicuntur, non in ordine naturæ, & causalitatis: quo tam supponitur existentia absoluta contingentis, & determinatio potentia, & causæ indifferentis per ipsam pro sua duratione, quam præteriti contingentis, cuiusque causa pro sua: nullum enim contingens absolute futurum est, cuius absoluta existentia, & determinatio per ipsam suæ causæ indifferentis pro sua duratione non sit. Accedit, quod q. 4. certam. 2. à num. 3. dicebamus: durationem, qua Deus cognoscit, actuique suos exerceat, esse æternitatem omnino simplicem, atque indiuisibilem, siue totam simul durationem, qua, cum Deus, tum diuina omnia, & singula durant, & cuius respectu æque coexistent, & quæ futura, & quæ præterita respectu temporis nostræ durationis sunt; imo, & utraque, æque æque præfentia: nam respectu æternitatis indiuisibilis Dei, quæ tota omnibus, & singulis creatis durationibus, & imaginariis successibus, earumque partibus, & indiuisibilibus, etiam singulis, & omnibus coexistit, nihil transit, nihilque futurum est: quare neque respectu sui præteriti aliquid, aut futurum cognoscit. Atque ex hoc rationem reddit Anselmus Dialog. de casu diaboli c. 21. sub init. cur à Deo non autem ab Angelis futura contingentia naturaliter prænotantur.

4. Quarta demonstratio: quia Deus cognoscit contingentia præfentia, & quæ actu sunt de præfenti, saltem quando de præfenti, & actu sunt: v.g. hodie ne Angelis, dæmonibus, imo, & rudibus hominibus etiam minus sapiens sit, magisque ignorans: secundo, quia alias rerum omnium gubernator Deus eis providere, non potest, si euentus hos omnino ignoraret: siquidem ex eo, quod ij euentus, vel oppositi concurrant, & cum causis secundis concurrant erit. Vel ergo, quod nunc de præfenti contingenter, ac libere à creaturis est, nunc solum ac primum ea nouit Deus, vel ex æternitate. Si hoc secundum habetur demonstrationis intentum: nimirum Deum, antequam de præfenti sint, imo tota æternitate, antequam essent futura contingentia prænosce. Si autem, nunc primum ea nouit, cum antea ea minime nosset: sed ignorasset: ergo mutatur de non sciente in scientem hæc obiecta. Cumque scientiam sequi debeant decreta ad vniuersi prouidentiam, & gubernationem, nonnulli ex eorum contingentium cognitione oriunda, denuo etiam in tempore concipit Deus decreta, quæ tota æternitate non habuit: inde & in decretis

tionem suscipiet, quæ à non decernente ad decernentem denuo in tempore transeat. Rursus, cum contingens transiit, & præteritum absolute non sit, æque pure futurum non est, tam eius scientia, quam decretum illud supponens cum eo transibunt, æritque utrumque absolute in Deo defectibile, ac subinde Deus à scientie contingens, ac decernente ex eius absolute scientia in non scientem, ac non decernentem mutabilis. Accedit demum Deum esse purum actum, nec posse esse in potentia ad actum aliquem suum, ut fuisset anteacta tota æternitate, si contingens, quod nunc primo est, nunc etiam primo cognosceret, & decretum nunc primo conciperet.

1. Respondent Herize supra, & docti Recentiores, non esse demonstrabile ratione pure naturali Deum non posse incipere denuo in tempore cognoscere contingens, quod nunc primum absolute est, ac proinde nunc primum est verum absolute, & cognoscibile obiective, ut posset Eternus respondere, neque enim Dei immutabilitas euidens naturæ lumine est; sed solum ex fide, ac proinde fides solum convincit de se. Addit Herize iuxta suam Valqui, & Arubalis, ac aliorum sententiam de confirmatione decreti, ac scientiæ liberæ Dei per extrinsecam comotam, nihil scientiæ, aut decreti liberi Dei intrinsecum, & perfectum ipsius incipere in tempore: neque proinde in illa intrinseca perfectione Deum mutari, aut denuo acquirere illam: tum, quia, quod denuo advenit certum comotum est: tum, quia scire, quod scibile notandum est, perfectio esse non potest, cum sit potius diminutio, & propterea aperta repugnantia, in primis satis certitudinis nostræ conclusionis erit, si certo & infallibiliter ex fidei principis evincatur. Secundo: quod ait Herize dimini per extrinsecam comotam, ipsa intrinsecum scientiæ, & voluntatis liberæ, & vitalis diuine constituent, euidens est falsum: ut controu. 4. de libertate decretorum agentes ostendimus.

2. Si autem constituent liberos illos actus extrinsecos tanquam termini connotationis intrinsecos actibus liberis, præter alias difficultates, non soluitur difficultas. Nam illa connotatio intrinseca Dei, vel potest esse absque actuali absolute existentia de presenti contingens pure futuri: vel non? si nequit esse absque illa: iam in tempore incipit aliquid intrinsecum Deo, ac proinde quoad intrinsecum mutabitur: si potest esse absolute sine illa cognosceret, & decerneret ab æterno futura contingentia Deus, & eorum scientia decerneret, ut contendimus. Secundo: cum constitutio hæc actuum liberorum Dei ab Herize, etiam postis fidei principis, adstruatur, inquiri: an ex ea probabiliter saluetur immutabilitas Dei, quoad intrinsecum, quæ solum est de fide, vel non saluetur: si saluetur et fide adhuc quod scientia, & decreta Dei in tempore non incipiunt, ac proinde quod Deus mutari intrinsecus, quoad illas etiam, nequeat, certo concludetur pro scientia contingentium, & decreti in tempore incipientibus: si non saluetur probabiliter, erit solutio inde petita improbabili: quare ex immutabilitate Dei in suis actibus, etiam liberis, demonstratio tenebit. Denique ex demonstrationibus secundæ, & tertiæ veritatis, & cognoscibilitatis obiecti futuri contingentis, ipsimet intrinsecæ euidenter confutatur solutio omnes præsentem demonstrationi ab Herize, & doctis Recentioribus adhibita: quæ in opposito principio, ut patet, male fundatur.

3. Obiectionibus fiet satis q. 7. propiori sede: solum respondeo hic: Dignum Thomam, & Philosophos asserere sepe, esse, ut verum conuenit, unde inferunt aduersarij, id quod actus non est, sicut absolute non est actus, non esse absolute verum, seu cognoscibile obiective: cæterum verum conuenit cum ente non est veritas obiectiva, sed positiva soliditas essendi absque qua plura veritatem obiectivam, & cognoscibilitatem habent, ut patet in negationibus, & entibus rationis, quæ cognoscibilia, & vera obiectiva sunt: quare, sicut futura non habent veritatem cum ente conuenientem, seu positivam essendi soliditatem nisi quando actus sunt, obiectivam tamen cognoscibilitatem, & veritatem, quam habent ea etiam, quæ nunquam sunt, esse possunt, habebunt. Insuper idem Sanctus Thomas dum ait in 1. d. 38. ad 2. Futurum contingens non est determinate verum antequam Christioph. de Ortega, de Deo Vno, Tom. 1.

fuit, quia non habet causam determinatam: sed dum est in actu est determinate verum: nihil contra nos docet, illud quippe antequam non significat antecessionem temporis, sed naturæ, & causalitatis: dum scilicet est in potentia suæ causæ, id quod satis expressit Sanctus Doctor termino illo quem opposuit. Sed dum est in actu, qui respondet termino est in potentia, quem illo adverbio antequam fiat explicauit. Deinde idem ratione subiuncta explicuit: quia non habet causam determinatam, quod non ad prioritatem, & posterioritatem durationis, sed naturæ, & causalitatis spectat, locumque in contingentibus actu existentibus de presenti habet, quæ nec de presenti causam determinatam ad eorum esse habent: & tamen quia in se in actu, nec solum in potentia, sunt, quia in actu sunt, determinate sunt pro hac duratione de presenti: id quod etiam habent futura, & præterita contingentia suis quæque durationibus, quibus in actu fuerit, vel erunt: ut diximus certam. a. & de se patet.



QVÆSTIO VI.

An contingentium futurorum cognitio propria Dei sit?

STENDIMVS hæc futurorum contingentium scientiæ Deo competere: nunc vero an ita ad Deum pertineat, ut nulli alteri, nisi ex eius dispensatione, & reuelatione possit competere: ac proinde, ita in Dei propriis eorum præscientia numeretur, ut iure naturæ suæ nulli alteri sue Angelo, sue homini competat quæritur: loquimur autem de scientia, siue præscientia certa, & infallibili: quia nos etiam late sumptam scientiam pro opinatiua coniecturali, & moraliter certa de illis, futurorum contingentium scientiam habere posse indubitatum est.

CERTAMEN I.

Certam futurorum contingentium scientiam in proprio Dei censu esse auctoritate probatur.

1. Hæc in re egregiam nauauit operam noster Ruiz d. 22. a. sect. 3. Primum testimonium est Eccles. 7. quis ei poterit indicare quid post eum futurum sub sole sit? Ad quæ Olympiodorus. Hæc auctoritas omnem funditus euerit diuinandi superstitionem. Nullus enim mortalium certam futurorum scientiam consequi potest. Itai. 41. Annuntiate quæ ventura sunt in futurum, & sciemus, quia Dy estis vos: & infra: quis annuntians ab exordio, ut dicamus insus es? Ad quæ Hieron. ubi Apollo Delphicus, & Loxias, Deliusque, & clarus, & cætera idola futurorum scientiam pollicentia &c. cur de Christo nihil potuerunt predicere, nihil de Apostolis eius, nihil de ruinis, & abolitione templorum? si ergo suum interitum non potuerunt predicere, quomodo aliena, vel mala, vel bona potuerunt annuntiare? quod si aliquis dixerit multa ab idolis esse prædicta: hoc sciendum: quod semper mendacium iunxerint veritati: & sic sententias temperant, ut, seu boni, seu mali quid accidisset utrumque posset intelligi. Vt est illud Pyrrhi Regis Epirotarum. Aio te Eacida Romanos vincere posse: & Cressi: Cressus transgressus Halim maxima regna perdet.

2. Pergit infra Itai. capite eodem: Quis annuntians ab exordio, ut sciamus, & a principio, ut dicamus insus es? non est neque annuntians neque predicens? Ad quæ ita interpretatur Hieronymus: quæ ego iuxta consuetudinem prophetalem scisse me dico: quasi iam præterita sunt, vel (iuxta Symmachum) futura polliceor, nullius demonum, & idolorum potest predicere: & Cyrill. Alex. 4. in